

51
Sic igitur reliquisti Weisfelsam
Cardore & Sapientia⁷ Caput candidissimum!
Sic tua Te nunc teret Jitavia,
quem tantis die votis appetivit,
Sed quem Weisfelsa non minoribus servare stult!
Ita divine providentie nutu,
Patrie vota
Paterna, h. e. benigna fata experiantur.

Ast, o acerbum abitum!
Ex quo tot acerbitates redierunt.
Reliquisti Weisfelsam,
sed simul et nihil prater lacrymas,
que, cum profluere non semper audent,
in tanto ardentiora resolvunt desideria.

Discertium quidem non pauci adhuc repererunt profectus;
Sed lacrymae sunt,
Hoc unum deplorantes,
quod sub tua manu ductione ulterius proficere non sit concessum.
Grata quoque Tui memoria
quam grati adhuc colunt,
superstes existit;

Sed in lacrymis,
quod tibi presenti gratitudinem non liceat contestari.

Non ergo minora mihi quoque reliquisti desideria,
Vir Excellentissime,

cum te colendum eminens saltem conspicio,
quem cominus ut venerarem fore speraveram.
Vel eo enim solo nomine placebat Lipsia,
quod vicinam scirem tuam benevolentiam,
eamque mihi Lipsia praesentem polliceri possem.

Ast abierunt Tecum
Et concepta spes et sperata benevolentia.
Ignotis ignotus vivo,
Postquam nota tui nominis autoritas me sistere notum
non potuit.